

A alijsq; conuentis, præfatus archiepiscopus Mediolanensis una cum ambasciatoribus regis Castellæ ambonem ascendit, & legit schedulam sequentem, legendo etiam illa capitula concordata Narbonæ, de quibus supra faciebat mentionem, quæ superius inserta fuerunt, ubi agebatur de confirmatione eorum.

¶ Confirmatio capitulorum.

Sacro sancta generalis Constantiensis synodus in spiritu sancto legitime congregata, uiso & considerato capitulo secundo ex capitulis Narbonensibus inter charissimum ecclesiæ filium Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem illustrem, & dilectos ipsius ecclesiæ filios promotores & nuncios dictæ synodi ex una, & procuratores ac oratores charissimorum dictæ ecclesiæ filiorum dominorum Ferdinandi claræ memoriæ Aragoniæ & Siciliæ regis, tam suo proprio nomine quam tutoris & tutoris nomine Ioannis Castellæ & Legionis, necnon oratores Nauarræ & regnum illustrium & dilectorum eisdem ecclesiæ filiorum Fuxi & Armeniaci comitum paribus ex altera concordatis, cuius quidem secundi capituli tenor sequitur sub his uerbis: Secundo, quatenus dictæ conuentionis &c. uolens in omnibus obseruare dictum capitulum, promittit, ratum habet, securat specialiter, confirmat, & nouiter firmat, & statuit, & decernit in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo plenius continetur. Viso etiam quarto capitulo incipiente, Quarto, quod per dictum uniendum concilium &c. abolet, tollit, & irritat quoscunq; processus, sententias, & creta, ordinationes, statuta & pœnas &c. ut in dicto capitulo continetur, usq; ibi, & quod statuatur. Item statuit, quod nunquam de cætero ratione uel occasione dicti schismatis aut adhesionis dicti domini Benedicti & sui prædecessoris domini Clementis, possit contra dictos dominos reges, principes, platos & alios de obedientia dicti domini Benedicti quomodolibet pœdi in iudicio uel extra, ut in fine dicti capituli continetur. Viso etiam quinto dictorum capitulorum incipiente, Quinto, quod per dictum formandū concilium &c. approbat, laudat, firmat, & meliori modo quo fieri potest, plenissime confirmat omnes & singulas concessionibus, dispensationibus & gratiis, factas per dominum Benedictum prædictum quibusuis personis suæ obedientiæ de quibusuis dignitatibus &c. ut in dicto capitulo continetur. Viso etiam undecimo dictorum capitulorum incipiente, Undecimo, quod dictus dominus rex Romanorum &c. & antèro quod dicitur ibi, & quod in prima sessione &c. dicta sancta synodus facit, concedit, statuit & ordinat in omnibus & per omnia prout in dicto capitulo continetur. Quibus sic lectis & completis, reuerendi patres Iacobus Rodini sedis apostolicæ protonotarius, & Ioannes literarum apostolicarum corrector, tenens librum euangeliorū à parte dextra, & à parte sinistra dominus Thomas Poltenis dictæ sedis protonotarius, & uenerabilis dominus Iacobus Morelm sacri palatii apostolici causarum auditor, tenentes libros sanctorum euangeliorum, accesserunt ad dominos in hac sessione præsentibus, recipientes ab eis iuramenta. Et primo serenissimus dominus Sigismundus Romanorū & Hungariæ rex, consequenter uero & domini cardinales, archiepiscopi, episcopi, ceteriq; prelati & ambasciatores omnia & singula capitula Narbonæ concordata, in omnibus & per omnia obseruare iurauerunt, & quilibet eorum iurauit, ac ea quantum in eis fuit receperunt.

Quibus iuramentis sic præstitis, Henricus de Piro promotor nomine præfati serenissimi principis domini Sigismundi surgens publice dixit, & inquisiuit: Si alius quis esset in prædicta sessione, qui haberet mandatum sufficiens illustris principis comitis Armeniaci, quod illud exhiberet. Cancellarius autem studij Parisiensis surgens dixit, ambasciatores Christianissimi regis Francorum certa habuisse scripta, quod dictus dominus comes sequi uellet uestigia prædicti domini regis. Tunc dictus dominus Henricus nomine quo supra dixit, ex quo non apparet mandatum sufficiens pro ipso domino comite, nullo modo per iuramentum supra per eum

Constantiensis
cōcilij sē. 10.Constantiensis
cōcilij sē. 10.Constantiensis
cōcilij sē. 10.Constantiensis
cōcilij sē. 10.